Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Restat etiam dare de prode de tempore elapso usque ad presens yperpera CCLXXXIII, gross. VIIII.

Scilicet capitale et prode yperpera MVIIII centum XVII, gross. I.

Item inuenitur quod dare restat de pena usque ad initium guere yperpera II mille, picc. II.

Scilicet per totum id quod dare debent omnes suprascripti prode et capitale yperpera VII mille VI centum LXVI.

4

Ἐπὶ τῶν ἀνωτέρω ὀφειλομένων χαρίζονται αἱ ποιναί, ἐὰν ἤθελον καταβληθῆ τὰ κεφάλαια καὶ οἱ τόκοι, οἵτινες θέλουσι καταβληθῆ εἰς τρεῖς ἐτησίας δόσεις, ἀρχομένης τῆς καταβολῆς τῆς πρώτης δόσεως ἀπὸ τοῦ προσεχοῦς Ὀκτωβρίου. 1344, Μαρτίου 22.

F° 7r No 39. Millesimo trecentesimo XLIIII, die XXII Martij.

Capta. Quare concorditer uidetur sapientibus considerando eorum debilem et strictam condicionem, ad quam sunt occasione nouitatum insule et ut eis tribuatur bona causa succumbendi spectabilis preceptis ducalis dominij eis fiat gratia quod soluere tantum debeant capitale et prode usque ad diem presentem et a pena in qua incurrerint libere absoluantur, quam pecuniam soluere teneantur in tribus pagis incipiendo soluere a mense Octubris proxime uenturo usque ad unum annum tertium capitalis cum prode omnium denariorum temporis elapsi usque ad tempus prime solucionis, et sic subsequenter de anno in annum prode et capitale. Et si contrafacerent quod non soluerent per aliquem dictorum terminorum incurrant penam quarti eius quod restarent ad soluendum tam prodis quam capitalis, de qua eis non ualeat fieri gratia nisi per sex consiliarios, III capita de XL et tres partes consilij Rogatorum. Et hoc scribatur nostris rectoribus quod teneantur excutere omnia debita suprascripta, que si soluere recusarent rectores nostri constringant principales et plezios tam realiter quam personaliter et taliter quod commune nostrum perueniant ad finem debitam solucionis prefacte, habentes tertium pene in quibus incurrerent et commune duas partes, et ordinetur officialibus camere nostre furmenti, quod debeant scribere rationes omnium per singulum et eas illuc mittere. Et dominatio scribat dictis rectoribus quod exigant dictam pecuniam, eis mandando in preceptis ad sui libitum uoluntatis.

5

Εἰς τὸν Περάτιον Γραδενῖγον χαρίζεται τὸ ἥμισυ τῶν ὀφειλομένων 1700 ὑπερπύρων, 1 γροσίου καὶ 2 μικρῶν, διότι ὡς προέκυψεν τὸ ἥμισυ τοῦτο προέρχεται ἐκ τῆς ἐπιβολῆς ποινῶν. Ἡ χάρις αὕτη παραχωρεῖται εἰς τὸν Γραδενῖγον διὰ τὴν καλήν του συμπεριφορὰν κατὰ τὴν ἐπανάστασιν. 1344, Μαρτίου 22.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Fo 7r N° 40. Millesimo trecentesimo XLIIII, die XXII Martij.

Capta. Cum ser Peracius Gradonico dare teneatur communi nostro secundum quod apparet camere nostre frumenti yperpera MVII, gross. I, picc. II que dicunt officiales esse medietas capitalis et medietas pene. Unde examinata eius stricta et debili condicione et eius bono portamento quod fecit tempore guerre, consulunt sapientes quod dicto ser Perazio fiat gratia, quod a pena in quam incurrunt libere absoluatur, set solum soluere debeat capitale et prode secundum usum camere nostre frumenti, de tempore quo tenuerit dictos denarios in hoc modo, scilicet quod per totum mensem Octubris proximi soluere debeat nostris rectoribus yperpera centum, grossos 6, picc. XXII cum toto prode temporis elapsi usque ad illud tempus prime solucionis, et yperpera CC ab Octubri proximo usque ad unum annum cum prode et yperpera II centum alio anno sequenti cum prode ut dictum est et teneatur soluere sub pena quarti, cuius pene rector habet tercium et commune duas partes. Nec eis ualeat fieri gratia, nisi per VI consiliarios, III Capita de XL, et tres partes consilij Rogatorum. Et scribatur nostris rectoribus quod si dictus ser Peracius soluere recusaret prout dictum est constringere debeant principales et plezios tam realiter quam personaliter, et taliter quod commune nostrum perueniat ad debitam solutionem.

6

Ὡσαύτως παρέχονται εὐκολίαι πληρωμῆς χρεῶν εἰς τὴν Ἀντζολερίαν Βενιέρη Ἄγγελον Κονταρίνην καὶ Βερτούτσιον Ντὰ Μολῖνον.

Ἐκ τῶν ἀνωτέρω παρεχομένων εὐκολιῶν συνάγεται ὅτι αἱ ποιναὶ ἐχαρίζοντο, ὑποχρεουμένων τῶν ὀφειλετῶν εἰς καταβολὴν τοῦ κεφαλαίου. Ἡ εἴσπραξις τοῦ κεφαλαίου ἀνατίθεται εἰς τοὺς ρέκτορας, οἵτινες ὀφείλουσι νὰ εἰσπράττωσι μέχρι τοῦ προσεχοῦς Ὀκτωβρίου, ἐπὶ ποινῇ τοῦ τετάρτου ἐπὶ πλέον. Τοῦ προστίμου τούτου τὸ τρίτον δικαιοῦται ὁ ρέκτωρ, τὰ δὲ δύο τρίτα ἡ κοινότης. Ἐὰν οἱ ὀφειλέται ἀρνοῦνται οἱ ρέκτορες ὀφείλουσι νὰ ἐξαναγκάσωσι τοὺς προύχοντας εἰς τρόπον ὥστε ἡ κοινότης ἱκανοποιηθῇ. 1344, Μαρτίου 22.

Fo 7to N° 41. Millesimo trecentesimo XLIIII, die XXII Martij.

Denarios capare dant pheudati Canee.

Inuenimus quod dona Anzoleria Uenerio dare debet yperpera LXXII medium capitale et mediam penam. Insuper inuenitur quod ser Thomas de Canali dare debet per modum supradictum yperpera LXXXX. Item ser Anzolus Contarenus dare debet per suprascriptum modum yperpera CIIII, grossos IIII, paruos XXVI. Item ser Bertuzius de Molino dare debet per supradictum modum yperpera XXVII.

Fo 7to N° 42. Capta. Quare uidetur sapientibus, quod a pena in quam incurrerunt nostro communi libere absoluantur set solum soluere debeant capitale, quod soluisse teneantur nostris rectoribus usque per totum mensem Octubris proximi sub

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ